misticis intuentes. Vnum aliquid dignius vos videatis. Verum non omnia possumus presenti sermone concludere fastidium cauentes. Habeo ego quinque capita dulciora [illegible] que suauissimis vestris cordibus dulcius complacebunt. Vnus enim ut clauatus in cruce largissimis sanguinis vndis a quatuor partibus sui corporis habundanter emanauit. Spinis enim pungentibus sacratissimum eius caput mucro acutus reflexus (?) et clauis pedes et manus et lancea latus eius transuerberantibus profusus sanguis emanauit cuius aspersione in dex[illegible] transiit in patre [illegible] in unam virgam captiuitatis in coronam. Christus ergo fons latens et occultus in celis fons patens et apertus in terris. Ille de vtero patris. hic egreditur de vtero virginis. Ille viuens eternum regnat viuentium. hic moriens fit mortuum (?). Ille diuidit per quaternarium admirabile hic in dulcem. dulcis deus dulcis dominus quam ille deus meus [illegible]. Ita deus meus nunc pariter (?) ducit nos mater ad filium filius ad patrem sponsa ad sponsum qui est deus benedictus in secula amen. || Sermo de natiuitate domini de eo quod pastores inuenerunt mariam et joseph et infantem.

Agnoscite fratres dilectissimi quanta sit hodierne solempnitatis [illegible] et dies breuis et tempus angustia (?) est latitudo loco prioris (?) et tempore dilatatur. noctem preoccupat celum replet angelorum exercitum. Nox enim ut dies illuminata est cum in tempeste noctis hora pastores circumfulsit lux noua de celo. Et ut noueritis quod loco solempnitatis huius receperunt gaudia celebrare quod cum angelus [illegible] futurum omni populo gaudium euangelisaret. Sed et confestim adest diuinis prestantis laudibus celestis exercitus multitudo. Hinc est quod solempnis dicitur nox ista precibus in psalmis ymnis et canticis spiritualibus. Et hijs potissimum in vigilijs sine ulla hesitatione credendum est celestes illos proceres frequencius interesse psallentibus in medio [illegible] temporum instituti. Sed quam multa hodie gemmis et auro fulgent altaria quanto vbique pallijs parietes adornantur. Putas ad hec diuertent angeli et principes huius delectabuntur? Si ita est cum pastoribus omnium magis apparuerunt quam terre regibus quam sacerdotibus templi. Cur et ipse saluator cuius est aurum prior (?) et argentum [illegible] in suo corpore dedicant paupertate. Aut certe cur pauperibus pastoribus tam solliciter enarratur ab angelo. Neque enim sine certa ratione misterij pannis saluator inuoluitur et ponitur in presepio quod id manifeste in signum nobis commendatur ab angelo. Hoc inquit vobis signum inuenietis infantem pannis inuolutum. In signum positus est pannus tantum domini christi sed in signum cui a multis usque hodie contradicitur. Multi quippe vocati sed non multi electi et ideo nec signati. Agnosco certe agnosco ihesum magnum sacerdotem sordidis opertum vestibus cum altercaretur cum dyabolo. Scientibus siquidem loquor et quibus non ignota est prophetica visio zacharie. Vbi vero exaltatus est caput meum super inimicos meos [illegible] ex hoc plane mutauit vestem decorem induit amictus est lu-

nine sicut vestimento exemplum dedit nobis ut et nos eadem faciamus.
Valet siquidem in conflictu lorica ferrea quam stola linea licet ornata illa
sit hec honori. Erit tunc et membra sequentur caput ut corpus iam univer-
si uno psallat spiritu et dicat. Conscidisti saccum meum et circumdedisti me letitia.
|| Invenietis inquit infantem pannis involutum et positum in presepio. Et post
pauca. Venerunt ait evangelista festinantes et invenerunt mariam et
ioseph et infantem positum in presepio. Quid est quod sola ab angelo commendata
videtur humilitas nec tamen sola a pastoribus invenitur? Forte specialius com-
mendat angelus humilitatem quia ceteris virtutibus per superbiam ipse in hu-
militate perstitisset. Aut certe propterea ceteris amicior est humilitas quod hec
quasi propria virtus divine exhibenda sit maiestati. Sola tamen non potu-
it inveniri quia semper datur gratia humilibus. Inveniunt ergo mariam et io-
seph et infantem positum in presepio. Sicut enim salvatoris infantia ma-
nifestam pretendit humilitatem sic per virginem continentia. iustitia per io-
seph virum iustum ut enim laus est in evangelio non incongrue designatur.
Sine continentia deterior erit quis nescit? Iustitia vero virtus est que sua
est cuique tribuens et hec ergo proximos est necessaria. Porro humilitas deo
nos reconciliat deo facit esse subiectos deo placet in nobis sicut ait vir-
go beata respexit deus humilitatem ancille sue. Itaque qui fornicatur peccat
in corpus suum qui iniuriosus est in proximum qui extollitur et inflatur in deum.
Fornicator se ipsum dehonestat. Iniuriosus molestat proximum. Elatus
quod in se est deum inhonorat. Gloriam meam ait deus alteri non dabo. Et superbus
ego inquit meam enim licet non debeas usurpabo. Hec enim placet et ange-
lica distributio dans gloriam deo pacem hominibus. Non ergo colit deum sed
adversus deum extollitur impius plane et infidelis. Que enim pietas nisi
cultus dei? Quis vero deum colit nisi qui voluntarie et subiectus est et sicut
oculi servorum in manibus dominorum suorum sic oculi cordis sui ad dominum deum suum.
|| Ut ergo inveniatur semper in nobis maria et ioseph et infans positus in
presepio sobrie et iuste et pie vivamus in hoc seculo. Propter hoc enim ap-
paruit gratia dei erudiens nos ut abnegantes impietatem et per hec
quoque gloria illa appetitur. Sic enim habes. Apparuit gratia dei omnibus hominibus
erudiens nos ut abnegantes omnem impietatem et secularia desideria so-
brie et iuste et pie vivamus in hoc seculo expectantes beatam spem et
adventum glorie magni dei. Apparuit in parvulo gratia dei ad eruditionem et
hic erit magnus sicut de eo gabriel locutus est. Et quos parvulus e-
rudierit ad humilitatem cordis et mansuetudinem magnificabit post-
modum et glorificabit magnus et gloriosus adveniens ihesus christus dominus no-
ster. || In festivitatibus sancti stephani sancti iohannis et sanctorum innocentium. Sermo.
Benedictus qui venit in nomine domini. Deus dominus et illuxit nobis. Be-
nedictum nomen glorie eius quod est sanctum. Neque enim tunc primum venit
quod ex maria natum est sed exposite diffudit nomen et gratiam

sanctitatis

3